

10
26
D. D.

PAN
SVEVICUS,

QUEM,

CONSENSU AMPLISS. FACULT. MED.
IN REG. ACAD. UPSALIENSI,

PRÆSIDE

VIRO CELEBERRIMO ET EXPERIENTISSIMO;

DN. DOCT. CAROLO
LINNÆO,

S:Æ R:Æ M:ITIS ARCHIATRO,

MED. ET BOTAN. PROFESS. REG. ET ORD.

ACADD. IMPERIAL. N. C. MONSPEL. STOCKHOLM.

UPSAL. ET PEROLINENS. SOCIO,

PUBLICO EXAMINI MODESTE SUBMITTIT

NICOLAUS L. HESSELGREN,
WERMELANDUS.

IN AUDIT. CAROL. MAJOR. AD DIEM IX. DECEMB.
ANNI MDCCLXIX. 1749

HORIS, ANTE MERIDEM, CONSVETIS.

UPSALIÆ

33. B

516
S:æ R:æ M:tis
MAXIMO FIDEI VIRO,
PERILLUSTRI atque GENEROSISSIMO
DOMINO BARONI

C A R O L O
G U T S A V O
L Ö W E N H I E L M,

Regis Regnique Svio-Gothici
JUSTITIÆ CANCELLARIO,
Ordinum Equestrium Regionum
THESAURARIO,

Nec non
Ordinis de Stella Boreali
EQUITI Splendidissimo,

MÆCENATI SUMMO.

Quam Tibi, Perillustri ac Generosissime Do-
mine Baro, bonæ debeant literæ, eæ in primis,
quæ ad Publicam utilitatem maxime faciunt, o-
mnes studiorum assidui cultores adspiciunt vene-
rabundi. Quantum etiam præsidii atque emolumenti a Tan-
to Patrone quotidie sentiat Natio Wermelandica, quotquot
hujus

*hujus societatis membra sumus, submissa Veneratione agnos-
scimus & prædicamus singuli. Utrumque mihi animum fi-
duciamque addit, ut exiguam hanc opellam in conspectum
Tuum proferre sustineam, quam nescio an quidquam com-
mendet, nisi materiae dignitas & præstantia, quæ jam pri-
mum in lucem prodit publicam. Et cuinam potius tenues
ingenioli mei consecrarem primitias, quam Tibi, Domine
Gratiosissime, qui me, & de sacro Fonte suscipere, & in-
signi postea amplecti gratia dignatus es? Accipias igitur,
Mæcenas Summe, serena, ut soles, fronte hanc venerabun-
de atque gratissima mentis tesseram, meque in posterum con-
sueto Tuo favori commendatum habeas. Meum de cetero
erit calidissimis supremum atque propitium Numen compella-
re precibus, seruet Te, Generosissime atque Perillustris Vir,
quam diutissime salvum, sospitem atque omni felicitatis ge-
nere cumulatissimum: sic vovet ad urnam usque permanse-
rus*

**PERILLUSTRIS ac GENEROSISSIMI
NOMINIS TUI**

aliens devotissimus
NICOLAUS HESSELGREN.

V I R O

Admodum Reverendo atque Praeclarissimo

Dn. Mag. LAURENTIO
HESSELGREN,


Ecclesiarum in Fryksdalen PASTORI ac PRÆPOSITO
longe meritissimo.

P A R E N T I *Optimo.*

Illucescit jam exoptatus ille dies, quo piam atque gratissimam mentem *Tibi, Parens Optime*, publice declarare liceat. Verum enim vero etsi diu hanc occasionem in votis habui & vehementer expectavi: haud tamen leviter eadem jam oblata animum turbat meum atque sollicitat. Verba enim deficiunt digna satis & adcommodata, quibus benignitatem *Tuam* singularem & plus quam Paternam, curam ac sollicitudinem indefessam rite praedicem. At vero cum probe sciam, *Te, Parens* indulgentissime, voluntatem non reprehendere sinceram, etsi vires defint, nec tam verborum adparatum, quam animi mei pietatem respicere, sufficiat mihi profiteri, tantum me *Tibi* debere, ut nulla ratione illud persolvere aut rependere possim, sancteque promittere, beneficiorum *Tuorum* memoriam mihi sempiternam fore. Hujus autem voti pignus atque tesseram accipias hoc quaecumque tirocinium, quo Pastorem Svedicum instruere sum conatus. Deus autem optimus *Maximus Te, Pater* carissime, una cum *Matre* mea dulcissima, salvum atque incolumem servet in longam annorum seriem; seraque sit illa dies, qua tum Ecclesia, tum omnes *Tui* tanto fulero atque solatio sese orbatos luceamus! Sic voveo

P A R E N T I S *indulgentissimi*

obedientissimus filius
NICOLAUS HESSELGREN.



A. Ω.

§. I.



AD primum hujus argumenti intuitum deprehendet Lector non esse illud numeris omnibus absolutum, ita ut quævis planta Svecica indicata sit & a quibus animalibus illa comedatur. Accidit heic, ut plerumque fieri solet, cum quis novalia instituit, quod non primis annis habeat purum agrum hortis consimilem, sed patiaturo primo cespites & glebas, nisi agrum pluribus annis sterilem voluerit relinquere. Crediderim me apud Lectorem in eo majorem initurum gratiam, dum aperio nuper detecta, quam si detegenda in posterum præstolarer. Cum enim plures hic sint Botanices atque simul Oeconomix amatores, spero fore, ut omnes mihi auxiliatrices porrigant manus, ad opus alia & perfectiori editione magis completum exhibendum.

§. II.

Veteres vitam Pastoriam *Pani*, quemadmodum herbas

A

bas

bas *Floræ*, Venationem *Dianæ*, Segetumque culturam *Cereri* tribuerunt, Nos, qui non nisi unicum Numen cuncta gubernans agnoscimus, hisce Deorum nominibus sæpe utimur, ad designandam certam aliquam rem, quam tractandam suscepimus. Quid hodie apud Botanicos notius quam *Flora*, per quam intelligunt omnes Plantas, quæ certo ambitu crescunt, sicut *Fauna* nostra *Svecica* omnia Animalia *Svecica*. Eadem ratione nos hanc opellam PANIS SVECICI titulo insignire audeamus, quo indicamus quinque apud nos communiter Domestica Quadrupedia, quæ illis pascuntur plantis, quæ per Regnum *Sveciæ* crescunt, adeoque *Panis exercitum inhospitatum per Floræ Sveciæ provincias*. Evitare hoc modo voluimus prolixam definitionem, quæ semper est odiosa, ubi libri cujusdam titulum indigitabit.

§. III.

Vita pastoritia est quidem, teste tam sacra quam profana historia, mortalibus ferme coæva, adeo ut libenter hanc, quam profitear scientiam, derivarem antiquissimis temporibus; sed etsi Plantæ omnium oculis fuerint expositæ, fateri tamen cogor, in scientiis ante hoc tempus nihil de esu plantarum pecoribus proprio nos habere; adeoque certus sum crambem bis coctam a me non proponi, sed prorsus novam scientiam. Primum periculum, quod invenire potui, fecit. Cel. Præses in itinere Dalekarlico anno 1734, teste Flor. Lapp. pag. 159, ubi hæc habentur verba: *Cum in itinere Dalekarlico, alpibus superatis, in Norvegiam perveniremus, alte dormientibus lassis sociis, obambulans in tristi sylva, advertēbam etiam Equos distinguere posse alimenta salubria a noxiis, ingerebant enim famelici omnes sine discrimine verbas, intactas omnino relinquentes: Filipendulam 405, Valerianam*

lerianam 30, Convallariam 213. Angelicam 233. Epilobium 304. Comarum 422. Geranium 572. Helleborum 474. Aconitum 441. & varios frutices. Dedit hoc ansam, ut curioso rerum naturalium scrutatori commendemus observationes instituendas circa plantas, quæ scilicet ab animalibus Phytivoris, ut Bove, Ove, Capra, Cervo, Equo, Sue, Simia, eorumque Speciebus, non devorentur, quod rite observatum sua utilitate non caret. Nihilominus res intacta relinquebatur, usque dum Cel. Præses ab exteris regionibus in patriam rediret, ibique per provincias itinera institueret, quem etiam dignissimus tanto Magistro Discipulus Prof. KALM imitatus est, adeo ut in ejus itinere Bahusienfi quasdam inveniamus herbas, quas devorant aut respiciunt pecora. Anno autem 1747 & 1748 cepit Cel. Præses omni industria non solum ipse experimenta instituere, sed etiam excitare auditores & Discipulos ad experimenta faciendâ, inter quos ego etiam eram. Hoc pacto plurima experimenta facta sunt, atque iterata præcipue a D. D. Hagström, Mag. E. G. Liidbeck, E. Ekelund, J. G. Wahlbom, L. Montin, F. Olbers, J. C. Forskåhl, A. Fornander, ut alios taceam, qui quasi per æmulationem inter se certabant, de inquirendis certis plantis cuique animali in cibum propriis.

§. IV.

Difficultas autem omnes investigandi plantas Sveciæ indigenas, & conquirendi animalia ad experimenta, quæ cuncta iterari debent, idonea, fecit ut opus omnibus numeris absolutum præstare non valeamus. Suppleri tamen paulatim potest, determinatis prius a nobis plerisque & communissimis in Svecia vegetabilibus. Diximus ad experimenta hæcce requiri idonea animalia Bobus, Capris, Ovibus, Equis, Suibus: nam inter

experiendum multæ se offerunt difficultates; quum quædam herbæ verno tempore, dum teneræ sunt, comedantur, quæ postea per totam æstatem, non tanguntur; cum eo tempore sapore, odore aliisque adfectionibus obdurescant; quemadmodum nos *Urtica*, vere vescimur, sed quis eam postea adpeteret? Ab aliis flores comedantur, non caules aut folia; ab aliis iterum folia, non caulis. Dum folia, a pecoribus devorantur, nostra est sententia, quod devorari herba dici possit, alioquin pauca ederentur Gramina. *Oecon. Nat. §. IX.* Neque pecora & Jumenta fame laborare debent nimia, si rite instituatur experimentum; sic enim plurima deglutiunt avide, cum vehementia famis ea sufferat, quæ a ventre saturato spernerentur. Sic ineptum etiam est huic negotio omne pecus aut jumentum, quod stabulis jam prodit. Optimum autem est experimentum instituere, quando saturata sunt animalia, quæ vix unquam plene saturantur. Herbæ de cætero manibus sudantibus non sunt tractandæ; nam hoc pacto etiam optimæ & sapidissimæ ab aliis sæpe repudiantur. Sed humi plantas objicere oportet & fastiditæ a nonnullis, aliis sunt admiscendæ herbis sapidis, quæ si tum etiam spernuntur, perspicuum habemus documentum, præsertim si in diversis individuis fuerit iteratum.

§. V.

Non ultra plantas Svecias scopus noster sese extendit, idque ob Oeconomiam nostram Svecicam; ceteras eurent exteri, qui inde peculiarem habent utilitatem, ne opus in infinitum crescat. Possumus nunc ultra duomillia experimenta certissima exhibere, quæ sæpe decies, immo sæpe bis decies sunt iterata. Si autem sumamus *Floram Svecicam* Holmiæ 1745, & ad quamlibet herbam,

herbam, ut chartæ pareatur, nomen adponimus genericum, numerum Floræ Sveciæ & epitheton quoddam loco differentia, negotium in compendium facile mittitur.

§. VI.

Manifestum est regnum vegetabile institutum esse, ut alimento sit regno animali, quod exinde plane sustentatur, adeo ut, licet haud pauca animalia carne vescantur, necesse tamen sit ipsis vegetabilia comedere, quæ ceteris carnem præbeant. In hac meditatione mirabundi deprehendimus infiniti Creatoris sapientiam, quæ fecit, ut quædam vegetabilia prorsus insipida sint certis Phytivoris, ita tamen, ut quæ ingrata sunt illis, ceteris sint in deliciis; quæ uni venenosa dicuntur, aliis sint saluberrima & vice versa. Hoc ipsum casu non factum est, sed ordinatione infinite sapientis. Si enim naturæ opifex fecisset omnes herbas omnibus æque sapidas, indubie fuisset secuturum, ut multiplicata insigniter una specie, ex magno terrarum tractu vegetabilibus consumptis, alia species fame in ejusmodi loco periret, antequam in meliora prodiret pascua. Jam vero ex adverso quælibet species relinquat, necesse est, certas herbas certis animantibus, ut saltem aliquid reperiant alia, quo vitam sustentent, donec uberiora pascua inveniant. Pari modo comparatum est cum ipsis herbis, quæ non in eadem terra eodemque climate omnes crescunt & vigent, sed quælibet locum, ab auctore naturæ sibi destinatum obtinet, in quo vividissime provenit. Unde etiam animalia, quæ certas herbas sibi destinatas præcipuum agnoscunt nutrimentum, maxime certis in locis sese continent. Sic *Lichen* Fl. 980. imprimis crescit in frigidis alpibus, quam ob rem Rangiferi, quibus hoc

per hiemem præcipuum est alimentum, in ejusmodi locis commorari necessum habet. *Festuca* Fl. 94. quæ optime viget atque maxime crescit in campis aridis, *Oves*, quibus est in deliciis, allicit. *Betulae nanæ* Fl. 777. femina, quæ optimam præbent elcam *Lagopodi* Fn. 169. & *Muri* Fn. 26. faciunt, ut ad frigidum septentrionem morentur. *Arundo* Fl. 102. quæ unice in arena volatili crescit, *Camelos* impellit ad arenosa loca eligenda, cum illos ea optime nutriat, ut plura taceam. *Arbores*, quæ suos erigunt apices, ita ut *Quadrupedia* non æque facile illas possint tangere, eo majori *Insectorum* exercitui præbent alimenta ut *Salix*, *Alnus*, *Quercus*, *Pyrus* &c. Creator qui hanc legem sapientissime lanxit, ipsis etiam animalium organis sensu riiis eam inscripsit, ne ignorantia contra eam peccent; & ut omnis transgressio pœnam habet, ita etiam peccatum contra legem naturæ certissime punitur. Quam ob rem animalia, quæ hanc legem violant, morbis aut morte plectuntur; unde etiam cum admiratione videmus animantia bruta, quibus ad ejusmodi instinctum vivere licuit, ne verberibus quidem impelli posse, ut adversus ipsum quidquam committant. Si forte etiam accidat, ut animal quoddam in hac re offendat, & ob violatam legem pœna adficiatur, vulgo dicimus hoc vel illud venena sumfisse, adeo ut mirentur imperiti, ne dicam altercentur adversus sapientissimam creatoris sui dispositionem, quod tot herbas venenatas produxerit. Etenim nulla per totum orbem planta in univèrsum est venenosa, sed omnia bona sunt, quæ a Creatore ducunt originem. Medici monent sæpius hanc vel illam herbam pestiferam, idque ideo, quod particulae sint asperiores, quæ

quæ lacerant fibras aut pervertunt humores. Sed omnia hæc respective dicuntur ad speciem animalium e. g. *Euphorbia* Fl. 436 lacteum habet humorem, qui cutem nostram in vesiculas elevat, fibrasque nostras corrumpit, hanc ideo venenatam nuncupamus: *Pbalena* autem Fn. 825. est Insectum, quod unice fere & solum hac herba vescitur, eamque sapore & alimento præfert cunctis aliis, cum inde optime valeat. Sic animal unum venenum sibi mortiferum relinquit alteri, quod inde lautissime pascitur. *Cicutâ* *Vacca* moritur, *Capra* vero eam adpetit avide. *Aconitum* *Capram* necat, non *Equum*. *Amygdalæ amara* *Canem* perimunt, non *Hominem*. *Petroselinum* *Passerculum* interficit, non *Suem*. *Piper Suibus* lethale est, non *Gallinis*. Ita suum cuique est tributum. Animalia gustu & odoratu a noxiis utilia discernunt. Juniora hos sensus habent fortiores, hinc magis herbas noxias a salutaribus seligunt. Venter inanis animantia sæpe impellit ad plura consumenda, quam qui ipsis sunt adsignata. Quod si hoc pacto se læsa sentiant, curatius cavent in posterum & aliquam quasi experientiam adquirunt. E. g. *Aconitum*, quod prope Fahlunam crescit, plerumque ab omnibus animalibus his locis adfuetis relinquitur; sed si peregrinum pecus eo accesserit & hoc vegetabile offendat, audet plerumque exinde nimis magnum assumere bolum; quæ propter etiam plerumque moritur. Pecora tantum in planitie Scaniæ aut Westrogothiæ educata, dysenteriam communiter patiuntur, ubi in silvestria deveniunt loca, ex eo, quod eas deuorent herbas, quas sueta animalia vitare didicerunt. Cum sub aqua *Cicuta* crescat, ut *Vaccæ* adhuc illam, verno tempore, olfacere nequeant, turmatim

tim ex ea moriuntur; postea vero dum æstas terram siccat, cavent sedulo. Verum etiam est, quod non omnia vegetabilia certis animantibus per naturam prohibita, æque sint noxia. Unde etiam necessitas & fames efficit ut a singulis non statim moriantur: hoc autem certum, est quod talia vix ac ne vix quidem bonum ipsis subministrant alimentum.

§. VII.

Utilitas hujus scientiæ non est nuda curiositas, etsi scientia, quæ nobis stupenda Creatoris opera monstrat, nunquam non magni sit facienda: neque per eam intendimus peculiarem usum medicum, ut nempe concluderetur hanc vel illam herbam homini esse noxiam, cum ab hoc vel illo animali bruto non comedatur. Neque adprobamus Wepferi experimenta in canibus aliisque animantibus facta, ad designandum quænam homini sint lethalia, sed usus a nobis intentus imprimis est Oeconomicus.

α) Ex hisce observationibus concludere possumus, an pascua quædam bonum præbeant pastum huic, vel illi animalium speciei. Videmus e. g. sæpius vitulos in suis septis, ubi *Ulmaria* Fl. 405. copiosissime luxuriat & locum ita tegit, ut vix sit ipsis meandi potestas, prorsus tabescere; miratur rusticus & putat vegetabilia hæc nimis esse pingua, nesciens *Ulmariam* Vaccis non esse nutrimentum. Capra vero quæ extra sepimentum balat, nec intromittitur, *Ulmariam* delicatissimam, utilissimamque judicat escam.

β) Ab hisce experimentis propemodum dijudicare possumus, per adfinitatem & analogiam: an prata vel pascua utilia aut noxia sint huic vel illi animali? E. g. OVES nostras, in paludibus venena capere, longa docuit

docuit experientia, quamvis nemo, ante hoc tempus noverit, quodnam præcipuum fuit venenum, etfi *Anthericum* 267, *Myosotis* 149, *Mercurialis* 823, *Drosera* 257. 258. *Juncus* 287. *Flammula* 458. & *Pinguicula* 21. non optimæ sint notæ. Proponam igitur novum experimentum. **ANDROMEDA** *foliis ovatis obtusis, corollis corymbosis infundibuliformibus, genitalibus declinatis Fl. Virgin. 160.* in Virginia Ovium est præsentaneum venenum; **ANDROMEDA** noveborasensibus *Dwarf Laurel* & **ANDROMEDA** *foliis ovatis obtusis, corollis corymbosis Fl. Virg. 160* sunt in Noveboraco Ovibus maxime pestiferæ. Hæ sunt ex uno genere naturali differentis speciei, adeoque eandem habent virtutem. Apud nos, præsertim in terris borealibus, passim crescit in paludibus **ANDROMEDA** 335, quæ, ut probabile videtur, tanquam ex eodem genere, nostris nocet Ovibus. Huc accedit, quod, quoniam tres aliæ species **ANDROMEDÆ** 336. 337. 338. crescunt in Lapponiæ alpibus, ibi nullæ bene valeant Oves, & tandem licet *Ledum* 341 non est species **ANDROMEDÆ**, sed ex eadem tamen classe naturali, credibile est *Ledum* non optimum præbere ovibus nutrimentum. Hæc sententia inopinatam dat pastoribus nostris occasionem experimenta cum ovibus instituendi, utpote qui sine ejusmodi periculis nunquam culpa vacare possunt, cum in hoc situm sit totius gregis commodum. Estque notatu dignissimum, quod Botanica in America vel terra remotissima det ansam cogitandi de rebus utilissimis, de quibus antiquus orbis nequidem somniavit.

γ) Inde Oeconomus juste judicare potest de prætiis suis & discat certa prætia aliis animalibus magis proficua in escam fore, præ aliis. Licet enim pecora,

cogente necessitate & fame, etiam adprehendant vegetabilia minus grata, indubium tamen est, hæc non æque illis prodesse atque sapida. Pari ratione qua Dalekarli nostri inopia frumentorum coguntur pane e corticibus pini confecto vitam sustentare, ex quo tamen non sequitur hoc optimum ipsis esse nutrimentum. Vidimus Equos, belli tempore ultima pressos fame, vetera comedisse sepimenta; sed inde non tuto concludimus, ligna ipsorum esse alimentum.

d) Industrius Paterfamilias ex hoc iudicat, quando in pratis suis fœni semina serat in pastum pecudum, non ipsi perinde esse, quasnam plantarum species eligat, ut vulgo fuit creditum; aliæ enim aptæ sunt Equis, aliæ Vaccis &c. **EQUI** magis eligunt, quam cetera nostra pecora; præsertim plantæ ex Tetradynamia minime ipsis sapiunt. **CAPRÆ** devorant quidem plures herbas quam reliqua, sed maxime summitates Plantarum & flores adpetunt, **OVES** contra omittunt flores & folia comedunt, ut taceam disparem in creaturis indolem, prope terram herbas decerpenti. Agricola, qui hæc intelligit, & novit secundum ea, terram suam disponere & quamlibet pecudum speciem aptissimis pascere herbis, necessario habebit saniora & pinguiora pecora, quam alii, his principiis destituti. Idem de suo fœno bonus observabit Oeconomus. Nam etsi multæ herba comedantur arefactæ, quæ virentes respuuntur, inde tamen non sequitur, quod pari nutrimento sustententur.

Multa heic commemorari possent de singulari pecudum propensione, in hoc vel illud vegetabile, quæ tamen exponere brevis opella non permittit. E. g. quod *Oves* præ omnibus eligant *Festucam* 95. e qua
[pin-

pinguescunt magis, quam ex quocunque alio; Quod *Caprae* certis delectentur herbis, sed proprio instructæ adpetitu, varietates ciborum magis quærant, nec diu facile uno vescantur genere; quod *Anseres* præcipue exprimant semina *Festucæ Fl. 90*; quod *Sues* avidè quærant radices *Scirpi 40*, dum virent, sed aridas ne gustent quidem; hinc vanum est machinas instituere ad radices *Scirpi* ex aquis extrahendas & torrendas in usum horum animalium per hiemem. Quod hæc animantia corrumpant prata, ubi *Scorzoneræ* crescit, ut, radicem ejus, suas colligant delicias, & exarent agros, ad perquirendas radices *Stachyos 490*. Agricola credit eos prodesse agris sua volutatione, tollendo radices *Tritici Fl. 105*. quas tamen nunquam comedunt, nisi summa cogat necessitas.

§. VIII.

Ut brevibus cuncta proponam: disposui herbas Floræ Sueciæ secundum suos numeros, & ut brevitati studeam, adhibere necessum fuit nomen genericum & breve atque minus sufficiens epitheton, quod tamen ex ipsa Flora illustratur. Distinxi pecora ad quamlibet herbam in V. Columnas, quarum I. BOVES, II. CAPRAS, III. OVES, IV. EQUUS, V. SUES continet. Per signum (r) eas notavi herbas, quæ comeduntur; per signum (o.) quæ non eduntur; utroque hoc numero ubi interdum devorantur & interdum respuuntur; vel eduntur, ubi pecora sc. iis magis sunt adsueta, & magis famelica, sed alias non item.

FLORA SVECICA

	Boves	Capre	Oves	Equi	Sues
I. MONANDRIA					
1 Salicornia maritima	o	-	o	o	1
2 Hippuris aquatica	o	1	o	o	o
3 Callitriche palustris	-	-	-	-	-
II. DIANDRIA					
4 Ligustrum vulgare	1	1	1	o	-
5 Circea utraque	-	-	1	-	-
6 Veronica ternifolia	1	1	1	o	o
7 - - spicata	1	o	1	o	-
8 - - mas	-	1	1	1	-
9 - - scutellata	1	1	1	1	-
10 - - Beccab. oblong.	1	1	-	1	o
11 - - - - rotund.	1	1	o	o	o
12 - - Pseudo Chamædrys	1	1	1	-	o
13 - - alpina	-	-	-	-	-
14 - - femina	-	1	-	-	-
15 - - clinopodifolia	-	-	-	-	-
16 - - caulic. adhærent.	1	1	1	-	-
17 - - oblongis caulic.	1	1	1	-	-
18 - - cymbalarifolia	1	1	1	-	-
19 - - rutæfolia	-	-	-	-	-
20 - - minima	-	-	-	-	-
21 Pinguicula vulgaris	-	o	o	-	-
22 - - alba	-	o	o	-	-
23 - - minima	-	o	o	-	-
24 Utricularia major	-	-	-	-	-
25 - minor	-	-	-	-	-
26 Verbena vulgaris	o	o	1	o	-
27 Lycopus palustris	o	1	1	o	-
28 Salvia Hominum	o	1	1	o	-
29 Anthoxanthum vulgare	1	1	1	1	-

III. TRIANDRIA.

	B.	C.	O.	E.	S.
30 Valeriana vulgaris	○	I	I	○	○
31 - - dioica	-	I	I	-	-
32 - - Locusta	-	I	I	-	-
33 Iris palustris	I	I	OI	○	○
34 Schœnus vulgaris	-	I	-	-	-
35 - - Mariscus	-	-	-	-	-
36 - - nigricans	-	-	-	-	-
37 - - minimus	-	-	-	-	-
38 Scirpus sylvaticus	I	I	I	I	○
39 - - maritimus	-	-	-	-	-
40 - - lacustris	○	I	○	-	I
41 - - palustris	○	I	○	I	I
42 - - cespitosus	-	I	-	-	-
43 - - minimus	-	-	-	-	-
44 Eriophorum polystachyon	○	I	I	○	○
45 - - Schoenolagurus	-	○	I	-	-
46 - - triquetrum	-	○	-	-	-
47 Nardus pratensis	-	I	-	-	-
48 Phalaris arundinacea	I	I	I	I	○
49 - - Phleiformis	-	I	I	-	○
50 Phleum vulgare	I	I	-	I	○
51 - - alpinum	-	-	-	-	-
52 Alopecurus erectus	○I	I	I	I	IO
53 - - infractus	-	I	I	I	○
54 Panicum adhærens	-	-	-	-	-
55 Milium suaveolens	-	I	-	-	-
56 Melica ciliata	-	I	-	I	-
57 - - nutans	I	I	-	I	-
58 Agrostis Spica venti	-	I	○	I	-
59 - - enodis	-	○	-	II	-
60 - - pyramidalis.	-	○	I	I	-
61 - - stolonifera	I	-	I	I	-
62 - - tenuissima	I	I	-	I	-

	B.	C.	O.	E.	S.
138 - - supina	I	-	-	I	-
63 Aira dalekarlica	I	I	I	IO	-
64 - - flexuosa	I	I	I	I	-
65 - - alpina	-	-	-	-	-
66 - - miliacea	I	-	I	I	-
67 - - lanata	-	I	I	-	-
68 - - xerampelina	-	-	-	-	-
69 - - avenacea alpin.	-	I	-	-	-
70 - - Mariæ borufforum	-	O	I	-	-
71 - - spica lavendulæ	-	I	I	I	-
72 - - radice jubata	I	I	-	-	-
73 Poa gigantea	I	-	I	I	-
74 - - compressa repens	I	I	I	-	-
75 - - annua	I	I	I	I	I
76 - - vulg. magna	I	I	I	I	I
77 - - angustifolia	I	I	I	I	I
78 - - media	I	I	I	I	I
79 - - alp. Variegat.	I	I	I	I	-
80 Briza vulgaris	I	I	I	I	-
81 Cynosurus cristatus	-	-	I	-	-
82 - - cæruleus	-	I	I	-	O
83 - - paniculatus	O	I	I	I	-
84 Bromus vulgaris	I	I	I	I	-
85 - - Upsaliensis	I	I	I	I	-
86 - - tectorum	I	I	I	I	-
87 - - hordeiformis	I	I	I	I	-
88 - - peren. maxima	I	I	I	I	-
89 - - spica Brizæ	-	I	I	I	-
90 Festuca natans	O	I	I	I	IO
91 - - margin. agrorum	I	I	I	I	-
92 - - triticea	-	-	-	-	-
93 - - rubra	-	I	-	I	-
94 - - vivipara }	I	-	-	I	-
95 - - ovina	I	I	II	I	-
96 Avena pratensis	I	I	I	I	-

	B.	C.	O.	E.	S.
97 - - volitans	-	I	I	I	-
98 - - nodosa	I	I	I	-	I
99 Arundo lacustris	I	I	O	I	O
100 - - ramosa	-	I	-	-	I
101 - - petrea	-	-	-	-	I
102 - - arenæ mobilis	-	-	-	-	I
103 Lolium temulentum	-	-	O	-	I
104 - - perenne	I	OI	I	I	I
105 Triticum rad. officinarum	I	I	I	I	O
106 Elymus maritimus	I	I	O	I	I
107 Hordeum murinum	-	-	I	-	I
108 Montia palustris	-	-	-	-	I

IV. TETRANDRIA

109 Globularia gotlandica	-	-	-	-	I
110 Scabiosa vulgaris	O	I	I	I	O
111 - - gotlandica	-	I	I	I	I
112 - - fuccifa	I	I	I	I	O
113 Sherardia scanica	O	II	O	I	I
114 Asperula odorata	I	I	I	I	I
115 - - rubeola	I	I	I	I	O
116 Galium luteum	I	I	I	I	O
117 - - Stækense	I	I	I	I	I
118 - - quadrifolium	O	I	I	O	O
119 - - Crucjata	I	O	I	I	O
120 Aparine vulgaris	I	I	I	I	O
121 - - Parisiense	I	I	I	I	I
122 Plantago vulgaris	O	I	I	O	I
123 - - incana	O	I	I	O	I
124 - - lanceolata	O	I	I	I	I
125 - - radice lanata	-	I	I	O	I
126 - - Coronopus	-	I	I	I	I
127 - - linearis macul.	IO	I	I	I	I
128 - - monanthos	-	-	-	-	I
129 Centunculus minimus	I	I	I	I	I

	B.	C.	E.	O.	S.
130 Sangulisorba gotlandica	I	I	I	I	-
131 Cornus temina	O	I	I	-	-
132 - - herbacea	-	I	-	-	-
133 Evonymus vulgaris	I	I	I	O	-
134 Trapa aquatica	-	-	-	-	-
135 Alchemilla vulgaris	OI	I	I	I	O
136 - - alpina	I	I	O	O	O
137 Aphanes Smolandica	-	-	-	-	-
138 Cuscuta parasitica	I	OI	I	O	-
139 Potamogeton natans	I	I	O	-	O
140 - - perfoliatum	O	O	O	-	O
141 - - plantaginis	O	-	O	-	O
142 - - crispum	O	-	-	-	-
143 - - caule compresso	-	-	-	-	-
144 - - lineare	-	-	-	-	-
145 - - pectiniforme	-	O	-	-	-
146 - - fluitans	-	-	-	-	-
147 - - capillaceum	-	-	-	-	-
148 Sagina minima	-	-	-	-	-

V. PENTANDRIA

149 Myosotis pratensis	O	O	O	O	O
- - palustris	O	I	O	-	O
150 - - Lappula	C	-	O	O	-
151 Lithospermum officinar.	O	I	-	O	-
152 - - annuum	IO	I	I	O	O
153 Anchusa Buglossum	I	I	I	I	OI
154 Cynoglossum vulgare	O	I	O	O	O
155 Symphytum majus	I	O	I	O	O
156 Pulmonaria immaculata	IO	I	I	O	O
157 Lycopsis arvensis	I	I	I	I	-
158 Echium scanense	I	O	I	I	-
159 Asperugo vulgaris	IO	I	I	I	-
160 Androsace minor	O	I	I	-	O
161 Primula vulgaris	OI	I	OI	O	O

	B.	C.	O.	E.	S.
162 - - purpurea	○	I	-	I	-
163 Menyanthes trifoliata	○	I	IO	○	○
164 Hottonia palustris	I	-	-	-	○
165 Samolus maritima	I	I	I	○	-
166 Lyfimachia vulgaris	I	I	IO	○	○
167 - - axillaris	OI	I	IO	○	○
168 - - Nummularia	I	IO	I	○	-
169 Anagallis rubra	I	I	○	-	-
170 Azalea fruticosa	-	-	-	-	-
171 - - supina	-	-	-	-	-
172 Diapensia lapponica	○	○	○	○	-
173 Convolvulus arvensis	I	I	I	I	○
174 - - maximus	○	I	I	I	-
175 Polemonium glabrum	I	I	I	IO	-
176 Campanula vulgaris	I	I	I	I	○
177 - - uniflora	-	-	-	-	-
178 - - fennonica	-	-	-	-	-
- - fahlunensis	-	-	-	-	-
179 - - magno flore	-	I	IO	I	-
180 - - gigantea	-	I	I	I	-
181 - - Trachelium	I	○	-	○	-
182 - - glomerata	-	-	-	-	-
183 - - echioides	-	-	-	-	-
184 Hyoscyamus vulgaris	○	OI	○	○	○
185 Datura erecta	○	○	○	○	-
186 Verbascum hirsutum	○	○	IO	○	○
187 - - nigrum	○	○	○	○	I
188 - - Scanicum	○	-	IO	○	-
188 Solanum vulgare	○	○	○	○	○
189 - - Dulcamara	○	I	I	○	○
190 Hedera repens	○	○	I	I	-
191 Lonicera Caprifolium	I	I	I	○	-
192 - - Xylosteum	○	I	I	○	-
193 Rhamnus catharticus	○	I	I	I	-
194 - - Frangula	○	I	I	-	-

	B.	C.	O.	E.	S.
195 Ribes Grossularia	o	I	o	I	-
196 - - rubra	I	I	I	IO	-
197 - - nigra	-	I	-	I	-
198 - - alpina	I	I	I	I	-
199 Glaux palustris	I	-	-	-	-
200 Asclepias vulgaris	o	I	o	o	-
201 Gentiana officinarum	-	-	-	-	-
202 - - Pneumonanthe	-	-	-	-	-
203 - - Amarella	-	-	I	o	-
204 - - Alpinula	-	-	-	-	-
205 - - Centaurium	IO	-	-	-	-
206 Salsola pungens	o	o	o	o	o
207 Herniaria glabra	I	o	I	I	o
208 Chenopodium Hearicus	o	IO	IO	o	o
209 - - Upsaliense	o	I	I	o	-
210 - - purpurascens	I	I	I	o	I
211 - - lundinense	I	-	-	-	-
212 - - fegetum	I	I	I	-	II
213 - - Stramonifolium	I	o	I	o	o
214 - - viride	-	I	I	-	I
215 - - repandifolium	I	-	-	I	o
216 - - Vulvaria	I	I	I	I	o
217 - - polyspermum	I	o	I	o	-
218 - - Kati femine	-	-	-	-	-
219 Ulmus campestris	I	I	I	I	I
220 Eryngium maritimum	-	-	-	-	-
221 Hydrocotyle aquatica	-	-	-	-	-
222 Sanicula sylvatica	-	IO	I	o	-
223 Daucus sylvestris	I	I	I	I	-
224 Tordylium rubrum	-	-	-	II	-
225 Caucalis carolina	-	-	-	-	-
226 Conium arvense	o	o	I	o	-
227 Selinum palustre	I	I	-	I	-
228 - - Oreoselinum	-	-	I	I	-

	B.	C.	O.	E.	S.
229 Athamanta Daucoides	o	-	i	-	i
230 Laserpitium majus	i	i	i	i	-
231 Heracleum vulgare	i	i	i	i	i
232 Ligusticum scoticum	o	i	i	i	-
233 Angelica alpina	-	i	-	o	-
234 - - sylvatica	i	i	-	o	i
235 Sium majus	o	o	oi	i	i
236 Oenanthe aquatica	i	-	-	i	-
237 - - succo crocante	i	-	i	i	-
238 Phellandrium stækra	o	i	i	i	oi
239 Cicuta aquatica	o	i	i	i	-
240 Ethusa artemidi	i	i	i	i	i
241 Scandix hispida	i	i	i	-	-
242 - - sativa	ii	i	i	o	-
243 Chærophyllum Cicutaria	io	io	io	io	o
244 - - geniculatum	-	-	-	-	-
245 Carum officinarum	io	i	i	io	i
246 Pimpinella officinarum	i	i	-	i	i
247 Ægopodium repens	i	i	i	io	-
248 Apium palustre	io	i	i	o	-
249 Opulus palustris	i	i	i	o	-
250 Sambucus arborea	o	o	i	o	-
251 - - herbacea	o	o	o	o	o
252 Parnassia vulgaris	o	i	io	i	o
253 Statice capitata	o	i	i	-	o
254 - - Limonium	-	i	i	-	-
255 Linum Catharticum	-	i	i	i	-
256 - - Rhadiola	-	-	-	-	-
257 Drosera rotundifolia	-	-	-	-	-
258 - - oblongifolia	-	-	-	-	-
259 Crassula minima	-	-	-	-	-
260 Sibbaldia lapponica	-	-	-	-	-
261 Myosurus campestris	-	-	-	-	-

VI. HEXANDRIA.

	B.	C.	E.	O.	S.
262 Tulipa scanensis	-	I	-	-	-
263 Allium ursinum	I	-	-	-	-
264 Cepa lectilis	I	IO	O	-	O
265 - - pratensis	I	I	I	O	I
266 Porrum anceps	-	-	-	-	-
267 Anthericum album	-	I	IO	-	-
268 - - offifragum	I	-	O	I	O
269 - - calyculatum	-	O	O	-	-
270 Ornithogalum majus	O	I	I	I	IO
271 - - minus	O	I	I	-	O
272 Asparagus scanensis	I	I	I	O	O
273 Convallaria Lil. concall.	O	I	I	O	O
274 - - Polygonatum	O	I	I	O	O
- - altissimum	I	I	I	-	-
275 - - verticellatum	-	-	-	-	-
276 - - cordifolia	-	I	-	-	I
277 Acorus palustris	O	O	O	O	O
278 Juncus capit. laterali	-	I	-	-	-
279 - - panicul. laterali	-	I	-	I	-
280 - - filiformis	-	-	-	-	-
281 - - trifidus	-	-	-	-	-
282 - - cespitosus	-	-	-	I	-
283 - - bufonius	-	-	-	I	-
284 - - valantii	I	I	I	I	O
285 - - articulatus	-	-	-	-	-
286 - - triflorus	-	-	-	-	-
287 - - sylvaticus	O	I	I	I	-
288 - - psyllii	-	I	-	I	-
289 - - spicatus alpinus	-	-	-	-	-
290 Berberis spinosa	I	I	I	O	O
291 Peplis palustris	-	-	-	-	-
292 Rumex britannica	O	O	I	O	O
- - crispa	O	O	-	-	-
293 - - granulata	-	-	-	-	O

	B.	C.	O.	E.	S.
294 - - emarginata	-	I	-	-	-
295 - - Acetosa prat.	I	I	I	I	I
296 - - lanceolat.	-	I	I	I	I
297 Scheuchzeria palustris	-	-	-	-	-
298 Triglochin tricapsularis	I	I	I	I	I
299 - - sexocularis.	I	I	I	I	I
300 Alisma erecta	O	I	O	O	O
301 - - natans	-	-	-	-	-

VII. HEPTANDRIA

301 Trientalis Thalii	O	I	I	I	-
-----------------------	---	---	---	---	---

VIII. OCTANDRIA.

303 Acer patanoides	I	II	I	O	O
304 Epilobium irregulare	I	II	I	O	O
305 - - hirsutum	IO	I	I	I	O
306 - - montanum	-	I	-	IO	-
307 - - palustre	-	I	-	I	O
308 - - lapponicum	-	-	-	-	-
309 Erica vulgaris	I	IO	IO	I	O
310 - - Tetralix	-	I	-	-	-
311 Daphne rubra	O	I	I	O	-
312 Vaccinium maximum	I	I	I	I	O
313 - - nigrum	O	I	IO	O	-
314 - - Vitis idæa	O	I	O	O	-
315 - - Oxycoccus	O	I	-	-	-
316 Mœhringia lapponica	-	-	-	-	-
317 Chrysofplenium sylvaticum	-	-	-	-	-
318 Persicaria amphibia	O	I	I	I	I
319 - - mitis	O	I	I	I	O
320 - - urens	O	O	O	O	O
321 Bistorta minor	I	I	IO	-	-
322 Polygonum vulgare	I	I	I	I	I
323 Helxine scandens	I	I	I	I	O
324 - - fativum	-	I	I	O	O

	B.	C.	O.	E.	S.
325 Paris nemorum	o	I	I	o	o
326 Adoxa moschata	-	I	-	-	-
327 Elatine minima	-	-	-	-	-

IX. ENNEANDRIA

328 Butomus palustris	o	o	o	o	o
-----------------------	---	---	---	---	---

X. DECANDRIA

329 Monotropa parasitica	-	-	-	-	-
330 Pyrola irregularis	o	I	o	o	o
331 - - Halleri	-	-	-	-	-
332 - - secunda	-	I	o	-	-
333 - - umbellata	-	-	-	-	-
334 - - uniflora	-	I	-	-	-
335 Andromeda vulgaris	o	I	I	-	-
336 - - cœrulea	o	oI	o	o	-
337 - - muscosa	o	oI	o	o	-
338 - - triquetra	-	-	-	-	-
339 Arbutus Uva ursi	o	o	o	o	-
340 - - alpina	-	o	-	-	-
341 Ledum græveolens	o	I	o	o	o
342 Dianthus vulgaris	-	I	I	I	o
343 - - scanensis	I	-	I	I	-
344 - - chementis	-	-	-	-	-
345 - - gotlandicus	I	-	I	-	-
346 Saponaria gypsophyton	-	o	I	-	-
347 - - foliis knawel	-	-	-	-	-
348 Scleranthus annuus	o	I	-	I	-
349 - - perennis	-	-	-	-	-
350 Saxifraga officinarum	o	I	o	o	o
351 - - bulbifera	-	-	-	-	-
352 - - fol. palmat.	-	-	-	-	-
353 - - tradactylites	-	-	-	-	-
354 - - capitata	-	-	-	-	-
355 - - stellata	-	-	-	-	-
356 - - lingulata	-	I	-	-	-

	B.	C.	O.	E.	S.
357 - - pallida	-	-	-	-	-
358 - - imolandica	-	-	-	-	-
359 - - cærulea	-	-	-	-	-
360 Cucubalus Behen	I	I	I	I	o
361 - - dioicus	I	I	I	I	-
362 - - Ocymoid	-	-	-	-	-
363 - - lapp. uniflorus	-	-	-	-	-
364 Silene Viscaria	o	-	I	10	-
365 - - alpina	-	-	-	-	-
366 - - nutans	o	I	I	I	-
367 - - W. gothica	-	-	-	I	-
368 - - acaulis	-	-	-	-	-
369 Alfine vulgaris	I	o	10	I	I
370 - - pentagyna	-	-	-	-	-
371 - - ferrata	-	-	-	-	-
372 - - graminea	I	I	-	I	-
373 Arenaria multicaulis	-	-	-	-	-
374 - - plantaginis	-	-	10	-	-
375 - - Portulacæ	-	-	-	-	-
376 - - purpurea	-	o	I	-	-
377 Spergula verticillata	o	I	-	-	-
378 - - germanica	-	-	-	-	-
379 Cerastium viscosum	o	I	I	I	-
380 - - lapponicum	I	-	I	-	-
381 - - scanicum	-	-	-	-	-
382 - - pentandrum	-	-	-	-	-
383 Agrostemma agrestis	-	I	I	I	-
384 Lychnis aquatica	-	I	I	I	-
385 Oxalis sylvatica	o	I	I	-	I
386 Sedum Telephium	I	I	I	o	I
387 - - album	-	I	o	-	-
388 - - rupestre	-	-	-	-	-
389 - - acre	o	I	o	o	o
390 - - sexangulare	-	I	-	-	-
391 - - annum	-	-	-	-	-

XI. DODECANDRIA

		B.	C.	O.	E.	S.
392	Asarum officinarum	-	-	-	-	-
393	Lythrum palustre	I	I	I	I	O
394	Agrimonia officinarum	O	I	I	O	O
395	Sempervivum tectorum	-	I	I	-	-

XII. ICOSANDRIA

396	Padus fol. deciduo	IO	I	I	O	-
397	Prunus spinosa	-	I	I	I	-
398	Cratægus scandica	-	I	I	-	-
399	- - Oxyacantha	I	I	I	I	-
400	Sorbus aucuparia	I	I	I	I	-
401	Pyrus Pyraister	I	I	I	I	-
402	- - Malus	I	I	I	I	-
403	Mespilus Cotoneaster	I	I	I	I	-
404	Filipendula Molon	I	I	I	O	I
405	- - Ulmaria	O	II	I	O	I
406	Rosa major	I	I	I	O	-
407	- - minor	I	I	I	O	-
408	Rubus idæus	OI	I	I	O	-
409	- - maritimus	-	I	I	-	-
410	- - cæsius	I	I	I	O	-
411	- - saxatilis	I	I	I	O	-
412	- - norlandicus	I	I	I	-	-
413	- - Chamæmorus	I	I	-	-	-
414	Fragaria vulgaris	IO	I	I	O	O
415	Potentilla Anserina	I	I	I	I	III
416	- - fruticosa	I	I	I	I	O
417	- - argentea	O	I	I	O	I
418	- - reptans	I	I	I	I	-
419	- - adscendens	I	I	I	I	-
	- - fragiferam	I	I	I	I	-
420	- - norvegica	I	I	-	I	-
421	Tormentilla officinarum	I	I	I	O	-
422	Comarum palustre	OI	I	IO	O	O

	B.	C.	O.	E.	S.
423 Geum suaveolens	I	I	I	IO	I
424 - - rivale	OI	I	I	IO	IO
425 Dryas lapponica	O	O	O	O	O

XIII. POLYANDRIA.

426 Nymphaea lutea	O	OI	O	O	I
427 - - alba	O	OI	-	O	I
428 Papaver glabrum	I	I	I	O	-
429 - - hispidum	-	I	I	O	-
430 Chelidonium vulgare	O	O	O	O	O
431 Actaea nigra	O	I	I	O	O
432 Tilia communis	I	I	I	I	-
433 Cistus vulgaris	-	I	I	I	O
434 - - celandicus	-	-	-	-	-
435 - - Fumana	-	-	-	-	-
436 Euphorbia solissequia	O	OI	OI	I	-
437 - - Peplis	O	-	-	IO	-
438 - - fructicosa	O	I	IO	O	O
439 Reseda Luteola	O	O	I	O	O
440 Delphinium segetum	O	I	I	IO	O
441 Aconitum lapponicum	O	I	IO	O	-
442 - - Napellus	O	O	O	O	O
443 Aquilegia officinar.	O	I	OI	O	O
444 Stratiotes aquatica	-	O	-	-	I
445 Hepatica verna	O	IO	I	O	O
446 Pulsatilla vulgaris	O	I	I	O	O
447 - - reflexa	-	-	-	-	-
448 - - dalekarlica	-	-	-	-	-
449 Anemone celandica	-	-	-	-	-
450 - - nemorosa	IO	I	I	O	O
451 - - lutea	-	-	-	-	-
452 Thalictrum canadense	I	I	I	I	-
453 - - striatum	I	I	I	I	IO
454 - - arvense	-	-	-	-	IO
455 - - lapponicum	-	-	-	-	-



	B.	C.	O.	E.	S.
456 Adonis perennis	-	-	-	-	-
457 Ranunculus dannemorensis	-	-	-	-	-
458 - - Flammula	o	o	o	I	o
459 - - reptans	-	-	-	-	-
460 - - Chelidon. min.	o	I	I	o	-
461 - - ammannia Lapp.	-	-	-	-	-
462 - - vernus	I	I	o	o	-
463 - - Scelerata	o	I	o	-	-
464 - - purpur. alp.	-	-	-	-	-
465 - - luteus alpin	-	-	-	-	-
466 - - acris	o	I	I	o	o
467 - - polyanthes	-	-	-	-	-
468 - - repens	-	I	-	I	-
469 - - bulbosus	o	-	-	-	-
470 - - echinatus	-	-	-	-	-
471 - - trifolius	-	-	-	-	-
472 - - aquatilis	o	o	o	-	-
473 Caltha palustris	o	I	I	o	o
474 Helleborus Trollius	o	I	I	o	-

XIV. DIDYNAMIA.

475 Ajuga verna	-	I	I	-	-
476 Teuerium Scordium	o	I	I	o	o
477 Thymus Serpyllum	-	I	I	-	o
478 - - Acinos	IO	o	IO	I	-
479 Clinopodium montanum	-	I	I	o	-
480 Origanum vulgare	o	I	I	I	-
481 Mentha arvensis	o	I	OI	I	-
482 - - aquatica	-	-	-	I	o
483 Glechoma Hederata terrastr.	o	o	I	IO	o
484 Ballota scanensis	o	o	o	o	-
485 Marrubium vulgare	o	o	o	o	-
486 Nepeta vulgaris	o	o	I	o	o
487 Betonica officinarum	-	o	I	-	-
488 Sideritis Marrubiastrum	-	-	-	-	-

	B.	C.	O.	E.	S.
489 Stachys foetida	0	1	1	0	0
490 - - arvensis	0	0	1	0	0
491 Galeopsis Tetrahit	0	1	1	0	0
492 - - Ladanum	1	1	1	0	-
493 Lamium perenne	10	1	1	0	0
494 - - rubrum	-	1	1	-	-
495 - - amplexicaule	-	1	1	1	-
496 Leonurus Cardiaca	01	1	1	1	0
497 - - Galeobdolon	-	-	-	-	-
498 Brunella vulgaris	1	1	1	-	-
499 Scutellaria vulgaris	1	1	1	0	0
500 - - integrifolia	-	-	-	-	0
501 Antirrhinum Linaria	0	10	01	0	0
502 - - Upsaliense	1	0	1	0	01
503 Rhinanthus	10	1	1	10	-
504 Pedicularis cal. angulato	0	-	-	-	0
505 - - cal. tuberculof.	0	1	0	0	01
506 - - Sceptrum Carolin.	1	1	-	0	-
507 - - alp. lutea	-	1	1	-	-
508 - - - villosa	-	-	-	-	-
509 - - - flammea	-	-	-	-	-
510 Melampyrum tetragonum	1	1	1	-	-
511 - - arvense	1	1	1	-	-
512 - - caeruleum	1	1	1	1	-
513 - - vulgare	11	1	1	0	-
514 - - ringens	1	1	1	-	-
515 Bartsia lapponica	-	1	1	-	-
516 Euphrasia vulgaris	1	1	1	1	0
517 - - Odontites	1	1	1	1	-
518 Lathraea Squamaria	0	1	1	0	1
519 Orobanche alandica	-	-	-	-	-
520 Scrophularia foetida	0	1	0	0	0
521 Limosella palustris	-	-	-	-	-
522 Linnaea	0	1	1	0	0

XV. TETRADYNAMIA.

	B.	C.	O.	E.	S.
523 Draba nudicaulis	10	I	I	I	0
524 - - lapponica	-	-	-	-	-
525 - - muralis	-	-	-	-	-
526 - - intorta	10	I	-	-	-
527 Subularia aquatica	-	-	-	-	-
528 Alyssum scanense	10	I	I	0	-
529 Lunaria scanensis	-	-	-	-	-
530 Thlaspi arvense	I	I	10	0	I
531 - - campestre	10	I	0	0	I
532 - - Bursa pastoris	I	I	I	I	-
533 Lepidium perenne	I	I	I	0	-
534 - - Oxyris	I	I	-	0	0
535 - - celandicum	-	-	-	-	-
536 Iberis pinnata	-	-	-	-	-
537 Cochlearia vulgaris	I	0	0	0	-
538 - - danica	I	0	0	0	-
539 - - Coronopus	-	-	-	-	-
540 - - Armoracia	0	0	0	0	0
541 Myagrum fativum	I	I	I	I	-
542 - - holmense	-	-	-	-	-
543 Isatis maritima	I	0	11	0	-
544 Turritis glabra	I	I	I	0	0
545 - - hirsuta	0	-	-	-	-
546 Brassica perfoliata	I	I	-	-	-
547 - - Napus	I	I	-	-	-
548 Sinapis arvensis	I	I	I	10	I
549 - - culinans	-	-	-	-	-
550 Sisymbrium ferratum	I	01	01	-	-
551 - - pinatifidum	I	-	-	I	-
552 - - Nasturt. aquat.	-	-	-	-	-
553 - - Sophia	I	01	I	10	0
554 Erysimum vulgare	0	I	I	0	0
555 - - leucoji folio	I	I	I	I	I

	B.	C.	O.	E.	S.
556 - - Irio	-	-	-	-	-
557 - - Barbarea	I	IO	IO	O	O
558 - - Altharia	I	I	O	O	O
559 Cardamine pratensis	IO	I	I	O	O
560 - - stolonifera	-	-	-	-	-
561 - - Impatiens	-	-	-	-	O
562 - - Scanica	-	-	-	-	-
563 - - trifolia	-	-	-	-	-
564 - - bellidis folio	-	-	-	-	-
565 Dentaria bulbifera	-	-	-	-	O
566 Arabis alpina	-	-	-	-	-
567 - - annua	-	-	OI	-	O
568 Raphanus Raphanistrum	-	-	-	-	-
569 - - Cakile	-	-	-	I	-
570 Crambe maritima	I	I	I	I	I

XVII. MONADELPHIA.

571 Geranium sanguineum	I	I	-	I	O
572 - - batrachioides	I	I	I	O	I
573 - - Gratia dei	I	I	I	-	-
574 - - lucidum	-	-	-	-	-
575 - - malvaceum	O	-	I	I	O
576 - - pedunc. longiff:	-	I	I	-	O
577 - - fruct. hirsuto	-	I	I	-	-
578 - - Robertianum	-	I	I	I	O
579 - - cicutarium	I	-	IO	I	-
580 Malva repens	OI	O	I	O	O
581 - - scanica	I	-	-	-	-
582 - - Alcea	I	I	I	I	-
583 - - suaveolens	I	-	O	I	-

XVIII. DIADELPHIA

584 Fumaria officinarum	I	IO	I	O	O
585 - - bulbosa	I	I	-	-	-
586 Polygala vulgaris	I	I	I	-	O

	B.	C.	O.	E.	S.
587 Genista tinctoria	I	I	I	I	-
588 - - procumbens	I	I	I	-	-
589 Spartium procumbens	-	-	-	-	-
590 Coronilla Emerus	-	-	-	-	-
591 Astragalus dulcis	I	I	I	I	O
592 - - lapponicus	O	I	I	-	-
593 - - celandicus	-	-	-	-	-
594 Anthyllis pratensis	I	I	-	-	-
595 Orobus vernus	I	I	I	I	-
596 - - tuberosus	I	I	I	I	-
597 - - niger	I	I	I	I	O
598 Lathyrus collium	I	I	I	I	-
- - W-gothicus	I	I	I	I	-
599 - - pratensis	I	I	I	I	O
600 - - Clymenum	I	I	I	I	-
601 Vicia sativa	I	I	I	I	-
602 - - sepium	I	I	I	I	I
603 - - foetida	I	I	I	I	-
604 - - scanica max.	I	I	I	I	-
605 - - Cracca	I	I	I	I	OI
606 Ervum arvense	I	I	I	I	-
607 Cicer arvensis	I	I	I	I	-
Pisum W-gothicum	I	I	I	I	-
608 - - maritimum	I	I	I	I	-
609 Lotus vulgaris	I	I	I	I	IO
610 - - maritimus	-	-	-	-	-
611 Trifolium montanum	I	I	I	I	-
612 - - album	I	I	I	I	O
613 - - vesicarium	I	-	-	-	-
614 - - glomeratum	-	-	-	-	-
615 - - purpureum	I	I	I	I	I
616 - - Lagopus	-	I	-	-	-
617 - - Lupulinum	I	I	I	I	-

	B.	C.	O.	E.	S.
618 - - anglicum	I	I	I	I	-
619 - - Melilotus	I	I	I	I	I
620 Medicago nostras	I	I	I	I	-
621 - - biennis	I	I	I	I	-
622 Ononis inermis	I	I	II	○	○
623 - - spinosa	I	I	I	○	○

XVIII. POLYADELPHIA

624 Hypericum quadrangulare	I	I	○	○	○
625 - - anceps	I	I	I	○	○
626 - - teres	-	-	I	○	-

XX. SYNGENESIA

627 Leontodon Taraxacum	○ I	I	IO	○	I
628 - - Taraxaconoides	-	-	-	-	-
629 - - Chondrilloides	-	I	-	I	I
630 Hypochoeris scanica	-	-	-	-	-
631 Hypochoeris pratensis	-	I	OI	I	-
632 Hieracium Lapponicum	-	-	-	-	-
633 - - Pilosell. officin.	○	I	IO	○	-
634 - - - maj. multif.	-	-	I	-	-
635 - - - min. multif.	-	-	-	-	-
636 - - thalii upsal.	I	-	I	-	-
637 - - Pulmonaria	-	-	-	I	-
638 - - Cichoraceum	-	-	-	-	-
639 - - fruticosum	I	I	I	I	-
640 Crepis tectorum	I	I	I	I	I
641 Pieris scanica	-	-	-	-	-
642 Sonchus repens	I	I	-	II	-
643 - - laevis	-	I	I	II	I
644 - - lapponicus	I	I	II	II	I
645 Prenanthes umbrosa	I	I	II	I	-
646 Lactuca carolina	-	-	-	-	-
647 Scorzonera pannonica	I	I	I	I	II
648 Tragopogon luteum	I	IO	I	I	II
649 Lapsana vulgaris	I	○	I	I	I

	B.	C.	O.	E.	S.
650 Cichorium scanense	0	I	I	IO	I
651 Arctium Lappa	I	I	0	0	0
652 Carlina sylvestris	0	I	-	-	-
653 Onopordon	0	-	0	0	-
654 Carduus lanceolatus	0I	0I	0	I	-
655 - - nutans	IO	0	0	I	-
656 - - acutis	0	-	-	-	-
657 - - helenii folio	I	I	I	I	0
658 - - crispus	I	I	I	I	-
659 - - palustris	-	-	-	II	-
660 Serratula tinctoria	0	I	I	IO	0
661 - - lapponica	-	-	-	-	-
662 - - Carduus avenae	IO	I	II	I	-
663 Bidens tripartita	I	0	I	0	0
664 - - nutans	-	I	-	0	-
665 Eupatorium cannabin.	0	I	0	0	0
666 Tanacetum vulgare	I	0	I	IO	0
667 Artemisia vulgaris	I	IO	0	I	0
668 - - campestris	-	-	0	-	-
669 - - carolina	I	0	I	I	-
670 - - Absinthium	I	IO	I	I	0
671 - - Seriphium	0	0	0	I	-
672 Gnaphalium dioicum	0	0	I	-	I
673 - - lapponicum	-	-	-	-	-
674 - - Stoechas	-	-	-	-	-
675 - - Filago sylvatica	-	I	-	-	-
676 - - - palustris	0	0	-	-	-
677 - - - impia	0	0	-	-	-
678 - - - uptallens.	0	0	I	-	-
679 - - - scanensis	0	-	-	-	-
680 Tusfilago Farfara	IO	I	I	0	0
681 - - albo flore	-	-	-	-	-
682 - - lapponica	-	-	-	-	-
683 - - Petasites	I	I	I	I	-
684 Doronicum Arnica	0	I	I	0	-

	B.	C.	O.	E.	S.
685 Solidago Virga aurea	I	I	I	I	-
686 - - icanica	-	-	-	-	-
687 - - maritima	-	-	-	-	-
688 Senecio Jacobæa	I	-	-	-	-
- - gothoburgensis	-	-	-	-	-
689 - - halleri	-	-	-	-	-
690 - - vulgaris	I	I	O	O	I
691 Erigeron acre	O	O	-	-	-
692 - - lapponicum	-	I	-	-	-
693 palustris	O	O	I	O	-
694 Inula dysenterica	OI	O	O	-	-
695 - - Helenium	O	I	O	I	O
696 - - salicis folio	I	I	I	I	-
697 Aster tripolium	I	I	IO	I	O
698 Buphtalm. tinctorium	O	I	OI	I	O
699 Chrysanthemum luteum	-	-	-	-	-
700 - - Leucanthemum	O	I	I	I	O
701 Matricaria Chamom. nob.	-	I	I	I	O
702 - - Chamomill. vulg.	I	I	I	O	O
703 Anthemis foetida	O	OI	OI	O	O
704 - - arvensis	I	-	I	IO	-
705 Achillea Millefolium	IO	IO	I	I	I
706 - - Ptarmica	I	I	I	I	I
707 Bellis officinarum	-	-	-	-	-
708 Centaurea maxima	O	I	I	I	I
709 - - Jacea	I	I	I	I	-
710 - - Cyanus	I	I	I	O	O
711 Cnicus acanthifolius	O	I	O	II	I
712 Calendula arvensis	I	IO	I	IO	O
713 Jalone campestris	-	-	-	-	-
714 Lobelia Dortmanna	-	-	-	-	-
715 Viola officinarum	-	-	-	-	-
716 - - canina	I	I	I	O	I
717 - - palustris	I	-	-	-	-

	B.	C.	O.	E.	J.
718 - - trachelifolia	I	I	I	I	-
719 - - apetala	I	-	I	o	-
720 - - lutea	-	I	-	-	-
721 - - tricolor	I	I	I	o	10
722 Impatiens nemorum	o	I	o	o	-

XXI. GYNANDRIA

723 Orchis bifolia	-	-	-	-	-
724 - - morio	-	I	-	o	-
725 - - hians	-	-	-	-	-
726 - - ustulata	-	-	-	-	-
727 - - calc. oblongis	I	I	-	o	-
728 - - sambucina	I	-	-	o	-
729 - - maculata	10	o	I	o	-
730 Satyrium viridi flore	-	I	-	-	-
731 - - jemtium	o	o	o	o	-
732 - - pyrolæforme	-	-	-	-	-
733 - - scanense	-	-	-	-	-
734 Serapias sylvatica	-	-	-	-	-
735 Cypripedium Calceolus	-	I	-	-	-
736 - - Lapponicum	-	-	-	-	-
737 - - myodes	-	-	-	-	-
738 Ophrys major	I	I	-	-	-
739 - - minor	-	-	-	-	-
740 Herminium Monorchis	-	-	-	-	-
741 - - bifolium	-	-	-	-	-
742 Neottia Nidus avis	-	-	-	-	-
743 - - Corallorrhiza	-	-	-	-	-
744 Calla palustris	1.	o	-	o	o
1037 Zostera maritima	o1	-	-	I	I

XXII MONOECIA

745 Zannichellia	-	-	-	-	-
746 Carex dioica	-	-	-	-	-
747 - Sp. monoclin. simpl.	-	-	-	-	-
748 - - paludosa	-	-	-	-	-

	B.	C.	O.	E.	S.
749 - - arenaria	-	-	-	-	-
750 - - ferruginea	-	I	-	I	O
751 - - lagopodoides	-	-	-	-	-
752 - - echinata	-	I	-	I	-
753 - - racemosa	-	-	-	-	-
754 - - canescens	-	-	-	-	-
755 - Sp. <i>diclin.</i> flavescens	-	-	-	-	-
756 - - atra	-	-	-	-	-
757 - - hirta	-	-	-	-	-
758 - - dactyloidea	-	-	I	-	-
759 - - globulosa	-	I	-	-	-
760 - - filiformis	I	-	I	-	-
761 - - obesa	-	-	-	-	-
762 - - limosa	-	-	-	-	-
763 - - capillacea	I	-	I	-	-
764 - - pallida	-	-	-	-	-
765 - - panicea	I	I	I	-	-
766 - - cyperoides	I	I	I	-	-
767 - - cespitosa	I	I	I	I	-
768 - - inflata	I	I	I	-	-
769 - - caerulea	I	I	I	I	O
770 Sparganium erectum	O I	O	O	I	I
771 - - natans	I	-	-	-	-
772 Typha palustris	I	-	-	-	O
773 Urtica perennis	O	O	O	O	-
774 - - annua	O	O	O	O	-
775 Alnus glutinosa	I	I	I	I	O
776 Betula vulgaris	I	I	I	I	O
777 - - nana	I	I	I	I	-
778 Xanthium inerme	O	I	O	I	O
779 Amaranthus Blitum	-	-	-	-	-
780 Sagittaria aquatica	O I	I	-	I	I
781 Myriophyllum vulgare	-	O	O	-	-
782 - - verticillatum	-	-	-	-	-
783 Ceratophyllum aquaticum	-	-	-	-	-



	B.	C.	O.	E.	S.
784 Quercus longo pedunculo	1	1	1	-	-
785 Fagus auctorum	-	1	1	-	-
786 Carpinus arbor	-	-	-	-	-
787 Corylus Avellana	-	1	0	-	0
788 Pinus arbor	-	10	01	0	-
789 Abies rubra	-	1	0	-	-
790 Bryonia alba	0	1	0	0	0

XXIII. DIOECIA

791 Najas marina	-	-	-	-	-
792 Salix pentandra	-	1	1	-	-
793 - - fol. phyllicæ	-	-	-	-	-
794 - - stipul. trapetzif.	-	1	-	1	-
795 - - stipul. latissimis	-	-	-	-	-
796 - - fol. citri	-	-	-	-	-
797 - - fol. auritis	-	-	-	-	-
798 - - fol. lanceol. diaphan.	-	-	-	-	-
799 - - flore cæruleo	-	-	-	-	-
800 - - fol. Betulæ nanæ	-	-	-	-	-
801 - - fol. subtus reticul.	-	-	-	-	-
802 - - fol. vitis idææ	-	-	-	-	-
803 - - fol. myrti tarentini	-	-	-	-	-
804 - - fol. vaccini maximi	-	-	-	-	-
805 - - fenimefforum	-	1	-	1	-
806 - - pratensis argentea	-	-	-	-	-
807 - - pratensis repens	-	-	-	-	-
808 - - fol. salviæ auritis	-	-	-	-	-
809 - - latifolia erecta	-	-	-	-	-
810 - - fol. rotundo minore	-	-	-	-	-
811 - - latifolia rotunda	1	1	1	1	-
812 - - glabra arborea	1	1	1	1	-
813 - - viminalis	1	1	1	1	-
814 - - minima turfæa	-	-	-	-	-
815 Hippophae maritima	10	1	1	1	-
816 Viscum arboreum	-	-	-	-	-

7589

	B.	C.	O.	E.	S.
817 Myrica brabantica	○	I	○	I	-
818 Humulus salictarius	I	I	I	I	I
819 Populus tremula	-	I	I	○	○
820 - - alba	IO	I	I	I	-
821 - - nigra	I	I	I	I	-
822 Hydrocharis palustris	-	-	-	-	-
823 Mercurialis perennis	○	-	I	-	-
824 Juniperus frutex	-	I	I	I	-
825 Taxus arborea	○	I	I	○	-

XXIV. POLYGAMIA.

826 Atriplex laciniata	I	-	-	-	-
827 - - deltoides	I	-	-	-	-
828 - - vulgaris	I	I	I	-	I
829 - - Halimus	I	I	I	-	-
830 Fraxinus apetala	I	I	I	○	○
831 Rhodiola lapponica	○	I	I	-	○
832 Empetrum nigrum	○	IO	○	○	-

XXV. CRYPTOGAMIA

833 Equisetum arvense	○	I	○	○	-
834 - - sylvaticum	-	I	-	II	-
835 - - palustre	-	I	-	-	-
836 - - fluviatile	IO	I	I	I	I
837 - - glabrum	-
838 - - scabrum	○	I	○	-	IO
839 Ophioglossum sylvaticum	-	-	-	-	-
840 Osmunda florida	-	-	-	-	-
841 - - Struthiopteris	-	-	-	-	-
842 - - Lunaria	-	-	-	-	-
843 Pteris Filix femina	○	OI	○	○	○
844 - - Lonchitis	-	-	.	.	.
845 Polypodium officinarum	-	OI	○	-	-
846 - - Filix mas	○	I	○	-	-
847 - - - angustata	-	-	-	-	-

H

Antiquar. bot. Mus. & 4.38 XI-52

	B.	C.	O.	E.	S.
848 - - - coadunata.	-	o	-	-	-
849 - - - saxatilis.	1	1	-	1	-
850 - - - Ilvensis.	-	-	-	-	-
851 - - - deflexa.	-	-	-	-	-
852 - - - ramosa.	-	-	-	-	-
853 Asplenium Lingua cervi	-	-	-	-	-
854 - - - Trichomanes	o	-	o	-	o
855 - - - Ruta murararia	-	-	-	-	-
856 Acrostichum rupestre	-	-	-	-	o

Sic Experimenta dedimus 2314. Ex hisce constat:

Boves edere 276; negligere 218 plantas.

Capras - - 449 - - - 126

Oves - - 387 - - - 141

Equos - - 262 - - - 212

Sues - - 72 - - - 171

adeoque hæc animalia plantas

intactas relinquere - - 868.

MUSCI, vix ac ne vix ulli, ab hisce animalibus eduntur.

ALGÆ præprimis Capris esculentæ, & lapidæ sunt

FUNGI ab aliis avide devorantur ab aliis plane respuuntur; sed de his experimenta aliis commendamus.

RANGIFEROS, Pecora Lapponum, plurimas plantas intactas relinquere, nuper constitit ex observatis *D. ni O. Hagström M. D.* qui plurima experimenta cum his instituit.

E. gr. Rangiferi minime gustant plantas

Fl. 29. 83. 96. 173. 208. 252. 309.

312. 313. 314. 325. 336. 337. 340.

369. 405. 415. 419. 421. 425. 431.

441. 445. 466. 473. 474. 489. 501.

505. 506. 522. 530. 631. 662. 666.

670. 682. 692. 730. 731. 733. 734.

735. 768. 788. 789. 817.

Lucret. V. 897. *Videre licet pinguescere sæpe Cicutæ Barbigeras pecudes, homini que est acro venenum.*

T A N T U M.